

IEZABEL ORATORIVM

AB ABBATE

SALVATORE MESQVITA
LVSITANO

Poetica structura conditum,

ET

A FRANCISCO FEDERICIO ECCLESIAE
SS. Laurentij, & Damasi Beneficiato
harmonica dulcedine
conditum.

In Oratorio S. MARCELLI

Decantatum



Anno M. DC. LXXXVIII.



ROMAE, Typis Reuerendæ Camerae Apostolicæ
Superiorum permissu.

THE BUREAU
OF CIVIL SERVICE

WASHINGTON, D. C.
OFFICE OF THE CHIEF CLERK

RECEIVED
JAN 10 1900

TO THE CHIEF CLERK
FROM THE CHIEF CLERK
RECEIVED

RECEIVED
JAN 10 1900

RECEIVED
JAN 10 1900

RECEIVED
JAN 10 1900

RECEIVED
JAN 10 1900

Argomento della prima Parte.



Nnamarato Achab Rè d' Isdrate della Vigna di Nabot contigua al Palazzo Reale, gli la chiede in vendita. Nabot poco versato in Corte, rifiuta di venderla. Sospira il Rè al rifiuto, e postosi inconsolabile sul letto, vien confortato da GieZabele sua moglie Donna superba, e scelerata. Questa trama all' Innocente l'insidie, nelle quali perde al fin la Vita, e la Vigna Nabot. Si rallegrano insieme dell' esito Achab, e GieZabele. Elia auisato dal Cielo del colpo micidiale, e ingiusto, intima al Rè l' Indignazione di Dio, e il castigo ch' à lui s'ovra. Mostra di pentirsi Achab del peccato, e supplica per il perdono. Predice il Profeta anche la morte miserabile di GieZabele, e si parte. Vnito in tanto Achab con l'esercito di Giosaphat Rè di Giuda v' à incontra al Rè di Siria pretestando la causa di questi moti di guerra, l' occupata Città di Ramot. Si dà la battaglia, e in essa entra Achab trauestito da Fantacino, e vi resta ucciso.

Argomento della Seconda Parte.

G *Iunta à GieZabele la nuoua infausta della morte del Consorte, dà in pianti miserabili nel principio, e poi si arma di furori per la ven-*

detta. *Iehu* in tanto eletto da Dio per mezzo del Profeta, s'informa dello stato delle cose, e come si porti *Ioram* figliuolo d'*Achab*, e trouatolo in Campagna, con una saetta il trafigge. Quindi impadronitosi del Cuore de' Soldati, che à viva voce il gridano Rè, si auuia al Palazzo Reale. *GieZabele* deposte per allora le sue furie, con belletti, e pomposi abiti, procuraper mezzo delle proprie bellezze aprirsi strada alla propria vendetta: ma veduta dal Rè, e conosciuta, vien per espresso ordine di lui precipitata dalla finestra, e finisce miserabilmente la vita, restando preda de' cani il di lei Corpo, giusta la predizione profetica. Quindi si caua la Moralità che tristi, e amari sono i frutti dell' Ambizione, e superbia, confondendosi esse medesime ne i suoi rigiri, alla guisa che l'onde del Mare in se stesse si confondono, e si spezzano. Quindi esser, che i loro seguaci sono quasi I dolatri insensati, e senza rossore; e gl'olocausti, e le Vittime che si offrono à queste false Deità, sono spargimento di lagrime, e di sangue.

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiss. P. Sacri Apostolici Palatij Mag.

Steph. Ioseph Menattus Episc. Cyrenen. Viceg.

Imprimatur,

Fr. Ioseph Clarionus Sac. Theol. Mag. ac Reuerendiss. P.

Fr. Dominici Mariæ Puteobonelli Sacri Apostolici Palatij Magistri Socius Ord. Prædicatorum.

PERSONAE.

Iezabel Regina coniux Achabi.

Achab Rex Ifrael.

Iofaphat Rex Iuda

Iehu nouus Rex.

Elias Tesbites Propheta.

Nutrix Iezabelis.

Orontes Dux exercitus Achab.

Dorisba Dux exercitus Iehu.

Vuncius.

Nox.

Chorus.

PARS PRIMA:

Iez. I.



Stus, iræ, fœcunda venenis
Monstra date consilia mortis,
Et pestiferis succos ab hortis
Inimicis infundite venis.

Ergone cruentus, & supercilio grauis
Seductor ille pergat, & de me ferus
Victor triumphet? Atque sine legum metu
Bis gemina centum capita veneranda immolet?
Hinc pauida turba cœca post vestigia
Abire gaudet: neue pars probro vacet,
Rex ipse Vati ferta vaniloquo gerit.
Sed ad hæc manus vetanda quæruntur meæ.

2. Fraudes, minæ, iurata concordēs
Ad flagitia castra mouete:
Cor immane fouere docete
Sensus impia sorte discordes.

Nunc. Augusta parce. *Iez.* Siste quid feras scio,
Cecidisse didici Nabot: O lætam diem!

Nunc. I. Ergo delicias
Infelix Nabot
Tua fert mors?

Suprema dies
Fit Regno quies,
O' dra Sors!

2. Mortis ad risus
Regnantem cogit
Infesta vox:

Signat nitores,
Inter horrores,
Pallida nox.

Ach. Falleris Orontes, copijs licet nouis
Instructus adsit sceptrum qui Syriæ regit;
Non arma vertet Regis in damnum sua.
Nouos inter belli metus,
Pacis inter spes optatæ,
Pignus fidei iuratæ
Non hostilis franget cœtus.

Oren. Vexatus animo fœdus amplecti potes;
Sed quod spondit victus, hoc liber neget:
Inter bellicos conflictus,
Si quis victus
Pacem poscit à Victore;
At liuore
Intra pectus occultato;
Abdicato
Legum iure pretioso,
Stridet ore venenoso,
Corde fremit efferato.

Ach. Quod attinet nunc, vade, & arbitrio meo
Disponere castra. *Or.* Promptus obsequio petam.

Iez. Vbi ratio posse negauit,
Irata laxauit voluntas habenas
Fregit regia dextra catenas,

Cum stamina vitæ Naboto truncauit.

Surge & posside vineam Nabot; non enim
Viuit, sed mortuus est. *Reg. lib. 3. cap. 21.*

Ach. Magnanima Coniux cuncta, quæ amisi prius

Re

1. Redeunt in ictu, dum voluptati meæ
 Famulata, cordis vota superasti mei.
 Viue Iezabel, quæ mentis
 Monstra metibus facunda
 Æquè fortis, & facunda
 Doctis dissipas fluentis
 Cordis timor tabescentis
 Cessat, curæ cessant graues
 Et secundas inter aues
 Meum nectar haurit pectus;
 Dum te vindice protectus
 Auras ebibo suaues

Nunc ipse mentis compos, & voti sator
 Videbo fructu Vincam plenam tuo.

Iez.2 Comes fraudibus, ire, potestas
 Quà nequit honestas, imperio solet
 Honestate si negligi dolet;
 In fraude triumphet neglecta maiestas.

Omnia licent Regnantibus; quàm placet eant.
 Elias. Achab, cruentus Achab; inuidia, dolo,
 Rabie excitatus sanguinem innocuum bibis;
 Diemque Nabot claudere supremam iubes
 Quò pergis amens? Odia sic finis tua?
 Sic scelera ponis? Cerne: quò Nabot loco
 Linxere catuli sanguinem, lingent tuum.

Ach. Num inuenisti me inimicum tibi? El. Inueni, eo quod
 Venundatus sis, vt faceres malum in conspectu Domini.

Reg. 3. cap. 21.

1. Fulmen sæpius peccanti
 Nimis clemens differt Numen,

A 5

Lacry-

Lacrymarum quo per flumen ;

Det vestigal minitanti :

Indurato sed mortalis

Corde cælites deridet ,

Et cum prope telum stridet

Suis patet meta malis .

Tu Deo rebellis

Angustijs pressus

Infelix præibis ,

Affiduo bellis

Vexatus oppressus ,

Vesane peribis .

Et Iezabelis carnibus vesci canes ,

Testatur alto præsidens cælo Deus :

4 ch. O nulla longi temporis felicitas !

Quàm breuia per compendia reperta est via

Certa ad dolores , falsa quæ gustus tulit .

Audite maria . Maria nequidquam voco :

Si cor sepultum criminum iacet mari .

Audite saxa . Saxa quid miser rogo ?

Si saxa cuncta pectus abscondit meum .

Audite cæli numina ; at quænam mihi

Erunt propitia plena flāgitijs meis ?

1. Si cor maris venenoso

Æstu naufragum torquetur .

Ex luminibus vndoso

Missio turbine leuetur .

2. Si vel ponere veretur

Pectus cautes duriores

Molle facient humores .

Crebro fonte decurrentes:

Solent rupes plus rigentes

Vndis reddi mitiores:

Ergo procul auro textiles vestes age,

Diademate caput exue, & scepro manum;

Humilique perge capite submisso gradum;

Nouit Deus mutare sententiam, si tu

Noueris emendare delictum.

Nun. Princeps potenti militum plenus choro

Iosaphat amici Regis affatus petit:

1. Pressus dubio Marte regnantis

Ne cuncteris excipere vultus,

Non ab hoste redibis inultus,

Si Iosaphat ope nitere bellantis.

2. Iunge dextras, & ore minaci

Hostis acies aude sectari:

Iube protinus arma rotari;

Tam feruida bello, quam mitia paci.

Ios. Victoris ora Veneror, & sceptrum potens

Terribile in hostes corde deuoto auspico.

Ach. Quam benè secundus gaudio occurris meo

Auguste Iosaphat; mente voluebam mea

Iterum labore bellico affligi Syros

Tua, meaque dextera: Ramoth mihi

Hoste occupata, causa bellandi fuit.

Ios. 1. Tuis prorsus imperatis,

Coniuratis

Armis, crunt castra mea

Nec trophæa

Fas ab hoste desperare

Si pugnare,

Latis

Lætis Achab sub auspicijs annōi ordo
 Sine militum conuicijs, q̄ sequi uolent
 Certum spondet triumphare tibi V
 Ante tamen quàm scire aut uisus
 Deseruire, q̄d ex te exspectant
 Disce prout corde, Cælq; p̄ge capillat
 Quippe Zelot statum auctior
 Magis anfructuantis, et
 Et bellantis, q̄d uictoria
 Ictus reddet aciores, et
 Donec strepitus Victoris, oib; ausus
 Sonent Achab exultantis.

Ach. Diserte nimium Iosaphat hostiles choros
 Meis subesse praelij discrimine, q̄d
 Centena Vatum vota promittunt mihi, q̄d
 Solus Michæas restitit, quem victimam
 Meo furori carceri suo dedit.

Oron. Adeste Reges, hostium Turme patent
 Abite celeres, iam tubæ resonant
 Lituo tympana immixta concrepant, et
 Armate dexteras, rotate fulmina
 In castra fruite, et
 Victores redite.

Nūc. Audi parumper regia stirpe edita
 In arma pergit Achab, & poscit sibi
 A te Salutem. Iez. Sospes ut redeat precor
 Reple coniux solamine pectus
 Tuosque delectus accinge trophæis
 Donec Victor auspicijs meis
 Cordi redeas magis dilectus.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

PARS SECVNDA.

Iosap. **T**Imete Reges Numina : heu quantus animum
Obumbrat horror ! Regio ornata licet
Exutus Ahab , dextera ignota tamen
Grauida volanti chalybe confossus iacet.

Fluebat autem sanguis plagæ in sinum
Currus , & lauerunt currum eius , & habenas
In piscina Samariæ , & linxerunt canes Sanguinem
Eius iuxta Verbum Domini. Reg. 3. cap. 22.

1. Quantos habet Mortalis errores ,
Dum Numini studet ignotus abesse :

Ridet Numen , & propius esse
In caput ostentat è Cœlo terrores

2. Discat , Cœlo non bella probante ,

Iniusta prudenti Virtute frænare ;

Sibi credit Rex arma parare ,

Promptasque ruinas se reperit ante .

Nut. Alumna nostri fata , quæ tulerit Ahab ?

Iez. Noui Seueri perfidas fati Vices ;

Sed serò noui .

1. Fortis Ahab , Fortis dux ,

Quis te vapor deturpauit ?

Cur tam velox exulauit

Iezabelis fida lux

2. Cari manes vel pallentes

Vestros ambit mens aspectus ,

Recreabunt umbræ pectus ,

Licet spiritu carentes .

De

Nut. Depone quæstus Domina, non miseros leuat
Adhuc inulti cordis effusus dolor:

1. Credisne gemitu
Sortis instabilis,
Et variabilis,
Vires prosternere
Vel fati sternere
Vides imbrifero
Aspectu studes?
2. Per ego lachrymas
Adjuro Regias,
Siue per vbera,
Queis quondam tenera
Fixisti labia:
Vindictæ potius
Sint fletus hostia.

Iez. Et hoc per astra juro, per manes Achab
Per memet ipsam.

Iebu. Dorisba quid fert aula, quid Ciues mei?
Quid populus? Anne mussat? An Regi studet?

Doris Tuis: Suisque populus arridet bonis,
Dum Rege tanto gaudium spondet sibi,
Hosti ruinas, Ciuibus Victorias.

Iebu. Sed adhuc tacetur hostibus nomen meum.
Nisi tibi videtur aliter, ex nostris iube
Exire profugum neminem; nequis nouum
Regnare Regem doceat hostiles choros.

Nominari nec mirere
Hostem Ioram Sceptro meo,
Debet hostem factum Deo,
Hostem sibi Rex cauere.

Dor. Quæcunque iubeas, promptus efficiam lata.

Quam fruit labilis

Humana fors,

Dum voluptati,

Iucunditati,

Inevitabilis

Occurrit mors.

Nut. Quid agere tentas? Mento quis turbo sedet?

Cur præda vento nobiles fiunt comæ?

Iex. 1. Gaudere nescit

Profusis lachrymis

Inultum cor,

Ambit furorem,

Fulmina, turbines,

Tormenta, fraudes,

Strages, ruinas,

Vulnera, funera,

Sæva venena,

Vt hostis nat.

2. Sorores precor,

Auerni furias

Dissoluat Rex;

Præbit ultro

Sedula Iezabel.

Nigra per antra

Facta suarum

Comes Eumenidum,

Diramque Styga

Ore vorabit.

Dor. Festiuis resonent, socij, clamoribus aure

Regia

Regia dum Iosaphat necit generosa propago
Serta comis, propriaque suos ditione tuctur.

Dulces nunc Cytharas

Pulsate focij

Organa, Cymbala

Implete Carmine:

Nobile Iosaphat

Germen in Astra

Tollite comites

Chor.

Pereant hostes,

Et viuat Rex.

Pacis amator,

Viuat.

Ciuium salus,

Viuat.

Virtutis Dux,

Pius, & fortis,

Viuat.

Regnet, imperet;

Suis propitius

Cunctis amabilis

Triumphet.

Iez. Altrix, quid aures bibere coguntur meae?

Nus. Vox est triumphi. *Iez.* Nempe quem mihi auguror.

1.

Sed non adhuc mens plena veneno

Liuoris, rigoris exuitur telis.

Iezabelis

Perget spiritus ore sereno;

Minari, prædari si sciat crudelis.

2.

Nec si fouet cor omnia meum

Timo.

17
Tímoris, doloris procedet imbellis,

Et si Stellæ

Fatum perdere denegant reum,

Insistet, resistet, & fiet rebelle.

Nut. Heu qualis illa rapitur ! Infurias agit,

Quos illa modò luminibus humores tulit.

Mille pelagus procellis

Spumans Africo turbetur,

Irâ fœminæ Vincetur,

Licet mollis, & imbellis

Iehu Satis est Dorisba latera fugientis Ioram

Sagitta neruo excussa transfixit mea.

Nunc Regno, Regis sceptrâ nunc tracto manu.

Nunc sum timendus; annuit dextræ Deus.

Paucas silice surgentes

Pastor despicit fauillas,

Sed quas credidit scintillas;

Horret turbines ardentes.

Dor. Sed quo peremptus jacuit infelix loco?

Ieh. Ager Nabothi tumultus exciso fuit,

Vt scelera Patris misera posteritas luat.

Nunc vade, mensas Regio plusquam modo.

Iube parari: ego thura cœlitibus dabo.

Dor.

Lapsus habet promptiores,

Tristis augures Ruinæ,

Alto sedens culmine;

Plagæ fiunt acriores,

Linere quas non minæ

Insperato fulmine.

Hæc edocemur funere, ô Ioram, tuo.

Au:

Nat. Augusta, quid agis? Quo dolor fugit tuus?

Modò eiulatu tecta resonabant tuo

Modò medicatis exilis fuco genis?

Iez. Superare fuco fata præsumo mea,

Quæ fletibus superare non potui meis.

Nimis Iezabel esset infelix

Si doli facunda non fieret Parens,

Non consilio fuerit carens,

Si genis facunda decipiar felix.

Sed quis quadrupedum pondere insolito premit?

Nut. Rex est. Iez. An ipse Iosaphat est genitus Patre?

Nut. Ipse est, suorum Ciuium pax, & salus.

Iez. Quam benè risibus

Ore labentibus

Adjungis stimulos

Nutrix amabilis,

Dum pacis arbitrum,

Salutem Ciuium,

Iosaphat editum,

Imprudens auguras.

Pro pacis munere,

Regis excidium

Dulce Rebellibus

Ciuiibus attulit.

Sed cerne Maiestate quàm plenus venit!

Ieb. Quæ est ista? Præcipitate eam deorsum. *Reg. 4. cap. 9.*

Nut. Fuge, fuge, quid lenta morare?

Sola pariet fuga salutem.

Ica. Non oblita Regina Virtutem,

Pectus ambit periculis dare.

Agite

Dor. Agite Sódales, Iezabel præcepſit ruat.

Nat. 1. Altrix miſera quid fati
Monſtra cogeris videre
Diſcit Iezabel pallere,
Iuſſu Regis efferati.
2. Regis nutibus vecordis
Spargis Iezabel cruorem
Ego lucibus humorem
Do, qui ſanguis extat cordis.

Ieb. Habet, peractum eſt; melius haud vnquam fuit
Superis litatum, quàm modò gemina nece:
Ite, & videte maledictam illam, & ſepelire
eam, quia filia Regis eſt. *Reg. 4. cap. 9.*

Dor. Deſiſte, Princeps, ne quid vltteriùs jube:
Demortuæ caluaria, manus, & pedes
Tantum ſuperſunt, reliqua depaſti Canes?

Ieb. Quàm vera Vates ille Theſbites tulit!
Iacet Iezabel præda catellis
Perduellis,
Quæ nimis peruerſa cælitibus fuit.
Pœnas luit,
Quas innocuus Nabot vorauit
Cùm teſſera Regis decreta firmavit.

Sed ite, reliqua corporis tumulo date.

Vox. Hæc illa quondam Iezabel, quæ Regibus
Gratia, venuſtas, gaudium, & decor fuit;
Laniata corpus canibus in paſtum tulit.

1. O quàm fruſtribus ſcates amaris
Auara ſuperbæ vecordia mentis,
Tuis volueris ipſa fluentis,

Non

Non secus ac vndæ se glomerant Maris;
 Te qui sequitur seruit idolis,
 Nec horret externos, te Duce, rubores;
 Holocausta sed iustè cruores
 Invidia partis sunt debita dolis.

L A V S D E O.

